



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 112. Titulus XLV. De Laicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.

§. CXII.

*Titulus XLV. De laicis.*

In titulo quadragesimo quinto Synodus pertractat de Laicis, circa quod argumentum sequentes hosce Canones proposuit. Canon I. *Omnes Christiani fidem recolant, quam in baptismo professi sunt, Deum bonorum omnium auditorem se agnoscere testentur: frequentes sint in Ecclesiis, & parœciis suis, a Missa Parochiali sine Episcopi, aut curati licentia per tres hebdomadas, nisi necessitate co gente, abesse non præsumant, qui semel moniti perseverarint, & iterum abesse præsumperint, excommunicentur.*

Canon II. *Non sit laicis grave, Sacerdotibus, qui spiritualia ferunt, temporalia liberaliter rependere, illis debitum honorem exhibere: nec eos maledictis, a fugillationibus prosequantur.*

Canon III. *In Ecclesia laici Clericis non misceantur, sed suo quisque gradu, & ordine discernantur: ne, qui divino officio inserviunt, a multitudine perturbentur.*

Canon IV. *Hortatur hæc Synodus Christianos omnes, ut pro Christiani nominis honore, & dignitate se gerant: tripudia, & saltationes, publicos ludos, mimos, larvas, & aleas, quantum fieri poterit, devitent.*

Canon

Canon V. *A duellis sub pœna ex- Sæcul.XVI.  
communicationis abstineant.* A. C. 1584.

Canon VI. *In vestitu omnem fastum,  
curiosum ornatum, tum sparsos, ac tor-  
tos crines, cauponas, & alia similia, item  
Sphæristeria tempore præsertim divini of-  
ficii relinquant.*

Canon VII. *Usurarii omnes tan-  
quam Christianæ charitatis inimici, præ-  
sertim vero pauperum oppressores, publice  
in parochialibus Ecclesiis, diebus Domi-  
nicis de peccati gravitate admoneantur:  
moniti, si non resipiscant, ad judicem de-  
ferantur, perseverantes, communione, &  
sepultura Christiana priventur.*

Canon VIII. *Usurarii non absolvan-  
tur, nisi prius quæstus illiciti cupiditatî  
renuntiaverint, & quæcunque impie ex-  
torterunt, se, quibus fustulerunt, pro viri-  
bus reddituros polliciti fuerint.*

### §. CXIII.

#### *Titulus XLVI. De Conciliis.*

**D**enique titulus quadragesimus sex-  
tus, ac postremus agit de Conci-  
liis, ac per sequentes sex Canones hæc  
præscribit I. *Concilia provincialia tertio  
quoque anno, aut alio commodiore tem-  
pore indicantur, & ad ea omnes Episco-  
pi Suffraganei convenient, qui non ad-  
suerint, tertia parte fructuum sui Episco-  
patus piis usibus applicanda multentur,*

*Hist. Eccles. Tom. L.*

O &